



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Capitularia Regvm Francorum

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae
doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

29. Item aliud testamentum ad locum sanctum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-22974

sentem testamentum meum infringere conaverit vel tentare præsumperit, in primis usque dum veram emendationem proinde corrigatur, Deo & sanctis suis habeat contrarios, & à liminibus Ecclesiarum efficiatur extraneus, & insuper inferat ei cui pullaverit unà cum socio fisco auro libras coactus exsolvat, & nihilominus præfens pagina firma permaneant, quam manu mea propria subter firmavi, & bonorum hominum signis vel allegationibus roborandam decrevi, stipulatione. Actum loco illo.

Item aliud testamentum ad locum sanctum.

XXIX. ***** manus & peculiare seu merita eorum, præter tantum illa & illa loca, ad legitimos heredes servo. In reliquo verò ego jamdictus ille quantum superius est insertum vel comprehensum, omnia & in omnibus, quicquid dici & nominari potest, ad supralcripto monasterio ejusque congregatione in alimento seu in stipendia seu substantia pauperum ad die præfente dono, cedo, trado, atque transfundo, ut quicquid omnia supermemorata pars ipsius monasterij ejusque rectores facere elegerint, liberam & firmissimam in omnibus habeant potestatem libero arbitrio. Licet verò in cessionibus minimè est necesse poenam inferere, sed tamen pro rei totius firmitate mihi complacuit intimare si fuerit, quod nec fieri credo, aut ego ipse, quod absit, aut aliquis de heredibus aut proheredibus meis, vel quislibet potens aut inferior vel emissa persona qui contra præfentem epistolam donationis, quam ego plena & devota voluntate fieri & adfirmare rogavi, venire aut eam infringere tentaverit, aut aliqua calumnia aut repetitione vel refragatione insurgere aut opponere conatus fuerit aut præsumperit, in primis tantum quantum ipsas res eo tempore melioratas valuerint, contra cui pullatur seu partibus jamdicti monasterij componere & satisfacere adimpleatur, insuper unà cum socio fisco aurum tantum coactus exsolvat, & sua repetitio nullo unquam tempore non obtineat effectum, & hæc donatio omni tempore inlibata permaneant, stipulatione subnixâ. Actum in loco illo.

Confirmatio traditionis ad monasterium.

XXX. Notitia locum traditionis qualiter vel quibus præfentibus, qui subter firmaverunt, ubi veniens homo alicui nomen ille vocatus monachus ad illas quod ille ante hos annos per suam epistolam donationis ad monasterio illo, quod est in honore sancti illius, ubi ille Abba unà

cum congregatione monachorum præfesse videtur, jamdictus ille in villa illa qui vocatur illa, & ad præfens fuit, & per unamquamque villas & loca per singulas per portas & per ostia de ipsas villas vel de illas casâs dominicas jam præfatus ille ad Misso de ipso monasterio vel ipsius jamdicti Abbatis illius nomen ille, omnia quantum in illa epistola donationis est insertum vel comprehensum, in omnibus tradidit & consignavit & cum de ipsas res in omnibus vestrum & pillo & fistuca exinde in omnibus se exitum dixit & fecit. His præfentibus actum fuit.

Qualiter parentes filios suos offerant in monasteriis.

XXXI. Dum legaliter sanctum antiquitus teneatur & cautum cum oblationibus Domino parentes suos tradere filios in templo Domini feliciter servituros, proculdubio hoc de nostris filiis faciendum nobis salubriter præbetur exemplum. Equum etenim judico creatori nostro de nobis reddere fructum. Idcirco hunc filium nostrum nomine ill. cum oblatione in manu atque petitione altaris palla manu mea involuta ad nomina sanctorum quorum hic reliquiæ continentur, & Abbate præfente, trado coram testibus regulariter permanfurum, ita ut ab hac die non liceat illi collum de sub jugo regulæ excutere, sed magis ejusdem regulæ fideliter se cognoscat instituta servare & Domino cum ceteris gratanti animo militare. Et ut hæc nostra traditio inconvulsa permaneant, promitto cum jurejurando coram Deo & angelis ejus quia nunquam per me, nunquam per suspectam personam, nec quolibet modo per rerum mearum facultates aliquando egrediendi de monasterio tribuam occasionem. Et ut hæc petitio firma permaneant, manu mea eam subter firmavi. Isti sunt testes.

Promissio stabilitatis in monasterio.

XXXII. Ego ille initio conversationis meæ diligenter attendens considero quod petitionibus meis primum non facilis concessus est introitus, sed diu mihi pullanti vix hospitij locus est misericorditer adtributus, in quo per paucos dies demoratus, noviciorum sum domum progressus, in qua mihi dura & aspera primum à seniore sunt prædicata, & stabilitatis meæ promissio expetita, & ter in anno lecta atque tradita regula cum admonitione dicentis: Ecce lex sub qua militare vis. Si potes observare, ingredi. Si non